# INCIPIT LIBER DE PENTECOSTEN DE SPU SCO DICTA IN ECCLESIA CONSTANTINOPOLIM FELICITER:

DE SOLLEMNITATIS HUIUS DIEI PAUCA DICENDA SUNT.
ut laetemur in spu. qm quidem aliae aliis sollemnitates geruntur.
Cultorib; autem uerbi in uerbo est caelebranda festiuitas; quid enim tam aptu
& quid tam conueniens. uel quid ita laetificat rectam & rationabilem mentem.
quam eorum quae gerit. accipere & agnoscere rationem; Adhibite ergo animos.
& quid sibi ipsa festiuitas uelit audite; Celebrantur etiam apud iudeos sollem
nitates quaedam. sed secundum litteram. quia corporalem persequens
legem iudeus. in legem spiritalem non potest peruenire; Celebrantur apud
gentiles sed demonib; festiuitas exhibetur. pro eo quod aut uitii alicuius auc
tores sint. aut propt uitia & per uitia colantur. Idcirco etiam uitiorum & turpi
tudinum plena est eorum ipsa sollemnitas. ut honorem dō suo peccando deferant.
& magis se ei commend& is qui plus abundauerit uitiis; Celebrantur etiam
apud nos sollemnitas. sed sicut spui plac&. id est ut uel dicamus honestum aliquid
uel legamus; & hic est noster festus dies. ut in animae thesauros perenne aliquid
& perpetuum recondamus; non ea quae pertranseunt & dis soluuntur. & ad pre
sens tantummodo fallunt oculos & lenocinantur aspectui. & secundum meam
sententiam ad perniciem adque interitum blandiuntur; Sed sufficit corpori
malitia sua. non indiget flamma copiosiore materia. nec insolens bestia abun
dantiorib; cybis. ut insolentior fiat & uiolentius urgueat; Idcirco ergo spirita
liter magis ē agenda sollemnitas; Initiū sanae & causa festiuitatis. paulo altius
repetenda est; Licet excessu quodam uti uideamur. sed gratus opinor erit
his precipue qui historias ueterū nostrorum non ignotas habent; Apud hebreos
sacramti aliquid optinet & honoris numerus septimanae. ut ex moysei tradit
lege. sicut & postea pytagorici. quartum numerum sibi m& sacratiorem
fecerunt. in quo & iuramtis sui optinent sacramentum. sed & octauum numerū
uel tricensimum honorandum crediderunt. tam symonis discipuli quā marcionis.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc276/0079